



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod dupliciter inspicienda est dilectio Dei. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

vel amplius placuerunt ei cum facta sunt, sc. ante  
 quam fierent, immo ab æterno omnia placuerunt  
 ei, non minus quam postquã esse cœperunt: Quod  
 vero rationales creaturas, i. homines vel angelos,  
 alios magis, alios minus diligere dicitur, non mu-  
 tabilitatem charitatis eius significat: sed quod a-  
 lios ad maiora bona, alios ad minora dilexit: ali-  
 os ad meliores vsus, alios ad minus bonos. Omnia  
 enim bona nostra ex eius dilectione nobis proue-  
 niunt. Electorum ergo alios magis, alios minus  
 dilexit ab æterno, & diligit etiam nunc: quia aliis  
 maiora, aliis minora ex dilectione sua præparauit  
 bona aliisque maiora, & aliis minora bona con-  
 fert ex tempore. Vnde magis vel minus dicitur  
 hos vel istos diligere.

*Quod duobus modis inspicienda est dilectio Dei.* C

Consideratur enim duobus modis dilectio Dei,  
 secundum essentiam, & secundum efficientiam:  
 Non recipit magis vel minus secundum essentiam,  
 sed tantum secundum efficientiam: vt magis dilecti  
 dicantur, quibus ex dilectione ab æterno maius  
 bonum præparauit & in tempore tribuit: & min⁹  
 dilecti quibus non tantum. Inde etiam est, quod  
 aliqui quando cõuertuntur & iustificantur, dicun-  
 tur tunc incipere diligere à Deo: non quod Deus no-  
 ua dilectione quemquã possit diligere, imo sem-  
 piterna dilectione dilexit ante mundi cõstitutio-  
 nem quoscunq; diligit. Sed tunc dicuntur incipe-  
 re diligere ab eo, cum æternæ Dei dilectionis fortiun-  
 tur effectum, sc. gratiam vel gloriam. Vnde Aug.  
 Absit, vt Deus temporaliter aliquem diligat quã  
 noua dilectione, quæ in ipso non erat, apud quem  
 nec præterita trãsierunt, & futura iam facta sunt.  
 Itaq; omnes sanctos suos ante mundi constitutio-  
 nem dilexit, sicut prædestinauit. Sed cum conuer-  
 tuntur & inueniunt illum, tunc incipere ab eo di-  
 ligere dicuntur: vt eo modo dicatur, quo potest hu-  
 mano

*Ex quo sen-  
 su omnia,  
 qua fecit  
 Deus dilige-  
 re dicatur.*

*In lib. 5. de  
 tri ca 16. &  
 ultimo in fi-  
 ne libri.*

mano affectu capi q̄ dicitur. Sic etiā cū iracō malis dicitur, & placidus bonis, illi mutatur & nō ipse: ut lux infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorū sc̄. mutatione, non sua: Ita cū aliquis per iustificatiōnē incipit esse amicus Dei, ipse mutatur non Deus.

*Si quis magis vel minus diligatur à Deo vno tempore quam alio.*

Si vero quæritur de aliquo. Vtrum magis diligatur à Deo vno tempore quam alio: distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum, concessibile est: si vero ad dilectionis essentiam, infaciabile est.

*Si Deus ab æterno dilexit reprobos.*

De reprobis vero, qui præparati non sunt ad vitam sed ad mortē, si quæritur, vtrum debeat concedi, quod Deus ab æterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendū, quod Deus ab æterno eos dilexit, quos ad iustitiā & coronam præparavit. De non electis vero, simpliciter est concedendum, quod odio habuit, id est reprobaui: sicut legitur, Iacob dilexi, Esau odio habui. Sed non est simpliciter dicendū, quod dilexit, ne prædestinati intelligantur: sed cum adiectione concedatur, dilexit eos in quantum opus eius futuri erant, id est, quos & quales facturum eos erat.

### DE QUATVOR VIRTVTIBVS

*Principalibus.*

#### DISTINCT. XXXIII.

*De virtutibus cardinalibus.*

*In li. de tri. 14. c. 9. post medium.*

Post prædicta, de quatuor virtutibus, quæ principales vel cardinales vocantur, disserendum est: quæ sunt Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia. De quibus Aug ait. Iustitia est in subueniēdo miseris. Prudentia in præcauendis infidiis. Fortitudo in perferēdis molestiis, Téperantia in coercēdis delectationibus prauis. de his dicitur in libr. Sapientiæ, Sobrietatem & prudentiam docet, iustitiā & veritatem, Sobrietatem vocat réperantiā, & vir-